



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. X. Ad cap. 9. de temp. ord.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

ūπερτίθεσθαι cibum differre, prolongare. Epiph. & Dionys. Epist. ad Basilid. Cæterum de jejunio quatuor temporum vide Concil. Mo-  
gunt. l. cap. 34. & Claremontanum can. 1. Saligunstadiense c. 2.

## C A P. X.

Ad cap. 9. de temp. ord.

S U M M A R I A.

- |                         |                                   |
|-------------------------|-----------------------------------|
| 1. Inscriptio emendata. | 4. Clericum alienum an liceat or- |
| 2. Hydruntum.           | dinare.                           |
| 3. Catana.              |                                   |

*Inscriptio  
emendata.  
Hydruntū.*

*Catana.*

*Clericum  
alienum an  
liceat ordi-*

**C**Lericum alienum non licet ordinare. Est Cœlestini III. ad Hidronensem Archiepiscopum, nescio quem. Lege Hydrundinum, ut est in compilatione II. c. 2. Hydruntum, Otranto urbs Archiepiscopal regni Neapolitani, olim Metropolis sub Patriarchâ CPolitano. In ipso textu fit mentio Episcopi Cathamensis, vel, ut alia exemplaria, Cathamensis. Lego Cataniensem. Catana vel Catonica Urbs Episcopal in Sicilia, sub Archiepiscopatu Montis Regalis, fuerat olim Metropolis sub Patriarchatu Constantinopolitano. Cæterum cum non liceat alienum clericum in suâ diœcesi ordinare tot. dist. 71. inde orta fuit liceat ordi. gravis controversia, inter Græcos & Latinos, quod passim Græci nare. Latinos hique illos ordinarent. Ideò Latini à Græcis & Græci à Latinis suo quisque ritu ordinandi non sunt, ne oriatur rituum confusio e. cum secundum u. b. t. Quod si clericus Latinus de licentiâ ordinarii ordinetur à Græco antistite, quamdiu toleratur talis consuetudo, ordinati non impediuntur ab executione ordinum susceptorum. Sed ubi in eâdem diœcesi diversæ sunt nationes, puta Græci & Latini, Episcopus si Latinus sit, debet constitue re sibi vicarium Episcopum Græcum, qui Græcis ritu patrio ordinis conferat. c. quoniam. Infra de offic. ordin.

## C A P. XI.

Ad cap. X. Eod. tit. De monachis ad alios  
ordines transeuntibus.

S U M M A R I A.

1. Novarchi nigri.

2. Quæstio capituli.

Hæc

